



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 67. Tumultus abeunte Cæsare in Hispania suscitati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Secul. XVI. A.C. 1520. *riam* Romanam, eamque tanquam latro-
num speluncam conviciatur; præterea jus
Pontificium penitus everti postulat, ne-
gatque, quod summis Pontificibus ullum
jus in utriusque Siciliae Regna compete-
ret. Ceterum Lutherus hoc opusculum
eo duntaxat sine conscripsit, ut damna-
tionis sententiæ nuper contra errores
suos latæ omnem vim auctoritatemque
adimeret.

§. LXVII.

Tumultus abeunte Cæsare in Hispaniis suscitati.

Anton. vera hist. Car. V. p. 28. & seq. **Q**uamvis Carolus Cæsar nulli solertiæ pepercisset, ne Hispania, dum ipse interim ad accipiendam Imperii coronam in Germaniam abiret, tumultibus ageretur, nihilominus nondum iter aggrediebatur, cum jamjam seditiones conflari, non sine animi sui fastidio percepisset. Harum auctores erant Antonius Acugna Zamorensis Episcopus, Joannes de Padilla & Joannes de Bravo, quorum artibus rebellionis flamma sensim succrescens, Regnum foede vastabat, nec deerat seditiosis obtentus; caussabantur enim, Cæsarem haud amplius in Castellam reversurum, sed illam ceteris Provinciis aggregaturum, relicto ejus regimine nonnullis Proregibus; Rumor quoque

que spargebatur, quod Cæsar in Flan-
 dria Sedem fixurus, ac proin omnes Hi-
 spaniæ thesauros eo delaturus esset. Hæc
 primo studiose latius diffeminabantur ab
 illis, qui turbas inde natas in rem suam
 vertentes clam populos ad seditionem
 concitabant, quos inter primi erant Se-
 gobienses; ibi enim sumptis armis Adria-
 num Cardinalem cum omnibus Nationis
 suæ Viris ex Hispania excedere compel-
 lebant. Hic idem erat, quem Carolus
 se absente Regnorum suorum Præfectum
 nominabat, adjunctis eidem quibusdam
 Consiliariis, omnibus natione aut Hi-
 spanis, Castellanis, aut Arragonensibus.
 Nihilominus Adrianus rebellium furori
 aliquamdiu cedere compulsus, quid in
 periculosa hac rerum vicissitudine consi-
 lii esset, cum suo Senatu deliberabat,
 tandem vero decretum, seditiosorum pe-
 tulantiam armis compescendam esse. Er-
 go Alcaidæ Ronquillo consilii exequen-
 di provincia demandatur, qui cum vali-
 do milite recta Segobiam petens, urbis
 portas sibi aperiri iussit; ast civibus pa-
 rere renuentibus ad extrema prolapsus,
 totam circum regionem ferro flammaque
 devastavit.

Sub idem tempus Toleti rumor in
 vulgus manabat, quod Cæsar haud alio
 ex consilio secum Matrem suam eduxis-
 set, quam quia in Castellam haud ultra
 reverti

Sæcul. XVI.
 A. C. 1510.

Secul. XVI. reverti cogitaret; ad incertos ergo hos-
A. C. 1520. ce sermones pauper quidam opifex na-
 tione Lusitanus Vallisoleti, ubi tum Cæ-
 sar agebat, majorem campanam Paro-
 chialis Ecclesiæ ad D. Michaellem pulsa-
 re aggreditur, moxque plusquam sex
 millia infimæ plebis concurrere, ad ar-
 ma volare, omnesque Carolum impedi-
 re, ne urbe excederet, aut iter prose-
 queretur. Hanc populi Seditionem Hi-
 spani vulgo *Hispaniæ communitates* appel-
 lant, cui nominationi ab exteris (ut in-
 quit Antonius Vera) sinistra interpreta-
 tio attribuitur; eo enim nomine hi sedi-
 tiosi appellabantur, quod illis ex nobili-
 bus nonnisi paucissimi suffragati essent:
 interea vero, cum Vallisoletani ira ac fu-
 rore debacharentur, Carolus Imperator
 versus Turrim Sillanam contendit, ac
 Villalpandum perveniens, Toletanorum
 Deputatos, quibuscum eodem tempore
 Salmanticenses venerant, ibi excipit.
 Præprimis Carolus Petrum Lazo, qui a
 Toletanis ablegatus erat, alloquebatur:
 Petre, inquit, poenas mihi dares, nisi
 memor essem, cujus parentis filius sis;
 nec plura locutus omnes ad Alphonsum
 de Royar Castellæ Præsidentem remisit; hi
 tamen hoc responso minime territi Cæ-
 sarem usque ad oppidum S. Jacobi se-
 quebantur; Salmanticenses quoque De-
 putati fidei Sacramentum præstare re-
 nue-

nuebant, nisi saltem prior juraret Cæsar, Sæcul. XVI. A. C. 1520.
 se conditionibus, quas Toletani petiissent, assensurum. Verum Imperator spreta eorum propositione iter suum prosequabatur.

§. LXVIII.

*Ingens Toletanorum Seditio, plures
 urbes eorum exemplum secuta.*

Igitur Toletani ad arma convolant, Ron- Ant. Vera l. cit. p. 35. & seq.
 quillum inopina vi obruunt, ejusque Vino. Blas. l. 2. c. 12.
 copias profligant; prospera hæc Seditio- Ofor. lib. 12. fol 349.
 nis auspicia præter Vallisoletum, & Sal- Raynald. an. 1520. n. 69.
 manticam, alias etiam urbes, Burgim, Sleidan. in comm. l. 3. p. 79.
 Albucellam, Zamoram, Legionem ac
 Taurum ad parem defectionem pertrahe-
 bant. Ipse quoque Cardinalis Toletanus,
 qui ibidem suam sedem, ac Vallisoleti
 suum Senatum collocaverat, per muris
 foramen aufugere compellebatur. Po-
 pulis, qui conjuraverant, erat decretum
 Reipublicæ formam imitari, unde Ven-
 tæ Senatum constituebant, parum absi-
 milem ab eo, qui non ita pridem in Bel-
 gii Provinciis stabiliebatur, quo facto,
 hæ urbes quemdam deputatum eo able-
 gabant, omnesque secundæ nobilitatis
 Viros aut illuc venire, vel nomine suo
 quosdam mittere rogabant, cunctosque,
 qui huic societati nomen dare recusabant,
 velut patriæ proditores habebant, imo
 quosdam eorum laqueo suffocarunt, ac
 plurimum